

Magna dignitas iustorum ex multis commendatur.

103.

104. Haymo.

Cam Chryso-
stomus qui
ipsum imi-
tatur.

Alb Magn.

In virtute
non sile, sed
profice.

105.

Omnis nostra
operatio ten-
dat ad
Deum.

106.

Gen. 17.

Gen. 48.

Baptizatis
vestis can-
dida in si-
gnum custodi-
enda in
nocentia
Raban.

in septem per ordinem commendantur. Primò, A fame celebrata: quia sunt in Cælo nominata; hi sed habes pauca nomina. Secundò, Apulchritudinis speciositate, in Sardis, qui interpretatur principium pulchritudinis. Tertio, Ab incorruptionis integritate, quia non inquinaverunt vestimenta sua. Quarto, A profectus virtuositate, quia ambulant. Quintò, A Dei familiaritate, cum dicitur mecum Sextò, A conscientia puritate, quia in albis Septimò, Ab honoris sublimitate, quia digni.

Tamen maximè ad nostram quæst. quatuor in præfenti consideranda sunt. Primò, quia dicitur ambulant. Secundò mecum. Tertio in albis. Quarto, quia digni sunt. Quæ sigillatim sunt examinenda.

Primò, Ambulant. Haymo. Illi, ambulant cum eo in albis, qui innocentiam, & sanctitatem illius, quantum in eis est possibile, imitantur, præcedit quippe Christus exempla dando, sequuntur electi exempla eius imitando. Unde Petrus ait, Christus passus est pro nobis, verbis relinquit exemplum, ut sequamini vestigia eius. Cum eo ambulant, qui vestigia Passionis eius, ac vitæ ipsius sequuntur; prævit ipse enim ad exemplum, & informationem, & ipsi sequuntur per imitationem, quantum fas est puræ creaturæ. Aliter explicat Alb. Magnus dicens: Ambulant mecum de virtute in virtutem in albis, in operibus bonis & conscientis puris. Non ait Christus stabunt mecum, sed ambulant, quia in via iustitiæ non sistendum est, sed semper progressu virtutum proficiendum. Vide cap. 2. q. 41. n. 302. 303. & q. 57. n. 430. 431. & 433.

Secundò, mecum: non solum ait, ambulant, sed mecum dicitur: & quod Domine cum eis ibi: nisi de te ad te, & nisi per te ad te, qui es omnium finis, & ad quem tendit omnis recta operatio; proindeque Domine cum eis ambulabis per gratiam, & ipsi tecum per iustitiam. Tu quidem Domine per gratiam, qui nisi eis per singula gratiam tribueris, non possunt perficere: sine te etiam nihil possunt facere. Et ipsi tecum ambulant per iustitiam; quia gratia tua à te eis data multum proficiunt, & opera bona, ac recta virtutis operantur, & edent.

Tertio, in albis. Nonne satis erat dicere, ambulant mecum, ad quid additur in albis? In Veteri Testamento tecum ambulant, non tamen addidisti qua veste, aut ornamento. Dicitur est Abrahamo, Ambulacoram me. Gen. 17. n. 1. Jacob dixit, Deus in cuius conspectu ambulant Patres mei. Gen. 48. n. 95. Cur ergo modo vestes candidas hic requiris ab ambulanti- bus tecum? In præfenti sermo est de his, qui lavacro sacri Baptismatis regenerati innocentiam suam custodiunt incontaminatam. Ecce cur requirit ut in albis sint, alludens ad antiquum morem, quo Baptizatis vestis candida dabatur, qua denotabatur eis semper custodiendam esse innocentiam, ut digni ad ambulandum cum Christo invenirentur. Raban. Maur. lib. 1. de Instit. Clericor. cap. 29. sic ait, Post Baptismum traditur Christiano vestis candida designans innocentiam, & puritatem, quam post ablatas veteres maculas studio sanctæ conversationis immaculatam servare debet, ad præstandum se ante tribunal Christi. De hac etiam consuetu-

dine mentionem faciunt D. Ambrosius lib. de Iis qui initiantur mysteriis D. Dionysius Areopag. cap. 1. & 2. de cælesti Hierarch. Socrates l. 1. cap. 14.

Aliter respondet Rupertus lib. 2. in Apocal. Ambulant mecum in albis, mecum, inquit, filio virginis: mecum cuius caro virginea continentia dedicavit exemplum, qui sum virgineus flos, virginis liliū: mecum ambulant in albis, id est, in corporibus immaculatis, cum quibus resurgent nitidi, velut agni novelli. Cur post insignem victoriam; quod isti non inquinaverint vestimenta sua luxurie sordibus, eis in præmium assignatur, quod ambulant cum Christo in albis; cur non potius eos splendido, ac præditi vestitu omni lapide pretioso decorabat, & fulgenti, hoc enim magis ad eorum supremam dignitatem exprimendam conducere videbatur, cur solum de vestimentis albis fit mentio: Hæc vestimenta alba dantur eis in signum eorum virginis, ac puritatis. Et corporibus humanis, nec etiam in gloria est ornatus alius præstantior, quam virginitas, & integritas, & ideo alia stola non potuerunt pretiosius adornari, quam illa, quæ puritatem, ac virginitatem indicabat.

Quarto, Quia digni sunt. Hi qui non inquinaverunt vestimenta sua, præcella dignitate conspicui hic apparent, ambulant cum Christo in albis, tanquam eximii Domini collaterales amici, ac illius supremæ Curie candidati magnates, ad quod magis exprimendum additur, qui digni sunt. Nonne, ut eorum præcellus honor cunctis esset notus, sat erat dicere, quod cum Christo ambulant in albis, ad quid ultra additur, quia digni sunt? Quia non sola dignitas suscipiens facit verè candidatum, sed eorum, condignitas, seu merita. Ibi solum candescit honor, ubi solis dignis præstatur, qui nullo modo fuscant dignitates, sed verè sunt candidati, & supremi Regis magnates, & in ipsis honor non sordescit, sed splendet.

Dum discipuli gloriantur de potestate accepta in dæmones ad eos ejiciendos ex humanis corporibus, ait illis Christus D. Luc. 10. n. 20 In hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiunguntur, gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in libro vitæ. Vatablus explicatius legit ultima verba, sed gaudere potius. Cur de tam splendida potestate non gloriarentur, cum valde illa magnificati essent apud homines? Potestas ejiciendi dæmonia etiam indignis erat collata; nam filii Phariseorum, ut Judas, dæmonia eiecerunt, Matth. 7. n. 22. & qui sapiens est, non æstimare debet candidam, quæ suscipiens in dignitate sordescit, sed de illa sola candida gloriatur, quæ cum summo Rege promeriti fideles candidant; quia digni sunt; non de dignitate gloriandum, quæ etiam in indignis reperitur, sed de illa, quàm sola merita faciunt. Tertull. lib. 4. in Marc. Nec ait, discipulos de subactione spiritum, sed de candida salutis gloriari volebat. Quod nempe eorum nomina pro meritis essent scripta in libro vitæ.

Valde rigidè, & asperè loquitur Parens Elias Achab. Regis. Non ego iuravi Israël, sed tu, & domus patris tui, 3. Reg. 18. n. 18. Cur Propheta non magis Regem veteris, cur purpuram honorari non habes? In Achab. Rege Regiam dignitatem

Dignitas in
indigno pos-
sessoris sua
datur.
D. Cyrill.

tem contemnebat Elias; quia ab indigno possessore, sic purpura ipsa sordabatur, ut non purpura videretur, sed vilis, & sordidus pannus, ex quo præcære ait D. Chrysostomus homil. 8. ad populum, non spectabat diadema, & exteriorum Regis apparentiam, sed animam sordidam, & ipsum intus captivum esse, & vitiorum servum, ipsius principatum contempsit, etenim tanquam in scena, sed non in veritate Regem sibi cernere videbatur. Sic universæ dignitates, quæ indignis etiam dantur, apud viros bonos contemnuntur, ac despiciuntur, ut quæ potius in scena, quàm in veritate apparebat.

Apoc. 3. n. 5. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen ejus de libro vitæ, & confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.

Num. 6. Qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis.

VERSIONES.

Syrus 5. Qui vincit, sic tegitur vestibus albis, & non delebo nomen de libro vitæ, & confitebor nomen eorum.

Arabicus. Victor sic amicitur albis, & ego profitebor nomen ejus.

Appus. Vincens sic vestietur. Qui vicerit vestietur.

EXPOSITIO V.

Qui vicerit. Hæc promissio non tantum ordinatur ad eos, qui innocentiam Baptismalem servant, sed etiam dirigitur ad eos, qui post peccatum commissum poenitentiam egerunt, in eaque totius vitæ curriculo perseverant. Vestietur vestimentis albis, id est, stola gloriæ jam explicata. Et non delebo nomen ejus de libro vitæ. Duplitter quis dicitur scribi in libro vitæ secundum D. Thomam, inchoatè, vel completè: inchoatè secundum præsentem iustitiam scribuntur omnes in Baptismo, & quoties per poenitentiam resurgunt à peccatis; completè verò, quando in iustitia usque ad mortem perseverant. Qui ergo peccando amittunt gratiam, dicuntur deleri de libro vitæ secundum præsentem iustitiam, nam hi primo modo dicuntur scripti in libro vitæ.

Et confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus. Id est, palam, coram Patre meo, & Angelis ejus agnoscam illum esse de ovibus meis, & glorificabo me talem servum habere.

Qui habet aures audiatis. Nihil subijcit hic, quod Ecclesiis dicatur, unde sunt intelligenda

verba præcedentia. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis.

QUESTIO XV.

Quodnam sit premium non deleri de libro vitæ?

Quid sit liber vitæ, & quomodo Moyse petierit ab eo deleri, Exod. 32. n. 32. Exod. 32. pro quo supponendum est, quod liber vitæ in Deo metaphoricè dicitur, per analogiam ad homines, nam apud eos, qui ad aliquid eliguntur, ut milites, & consiliarii in libro scribi solent. Hic autem liber in Deo est divina præsentia electorum ad vitam æternam, quæ cum immutabilis sit videtur ut nullus, vel denuò in huiusmodi libro scribantur, in quo antea scriptus non fuerat, vel semel in eo scriptus amplius deleri non potest; nam præscientia, seu ordinatio electorum in Deo falli non potest; inde difficile intellectu videtur, quo modo pro maxima mercede, promiserit Christus non delebo nomen ejus de libro vitæ, cum nullus qui in eo scriptus sit deleatur.

Respondet primò, D. Ambrosius, Richard. Victor, quod cum liber vitæ sit immutabilis, semel in eo scriptus non potest amplius deleri; dicuntur tamen aliqui deleri, non secundum rei veritatem sed secundum hominum existimationem; qui aliquos putant esse Sanctos, & scriptos in libro vitæ, cum revera scripti non essent, & proinde idem sit, non delebo eum, ac declarabo eum non fuisse deletum de libro vitæ; quod etiam docet D. Augustinus in Ps. 8. num. 29. Deleantur de libro viventium. Sed contra premium hoc modo explicatum promittitur in sequentibus: Confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus. Et idem bis in eodem loco promitti non debet. Deinde obijcit D. Thomas quod merces, quæ promittitur Sanctis non deleri de libro vitæ, non est secundum hominum existimationem.

Secundò, aliter explicat Ribeira, non delebo, id est, non damnabo eum, sed gloriâ perpetuâ munerabor, vult ergo poni librum pro gloria. Per metonymiam, continens pro contento. Hic tamen dicendi modus exactè non explicat, cur gloria per librum vitæ significetur.

Tertio, ac genuinè respondetur cum D. Thomas 1. p. q. 24. art. 3 in corpore librum vitæ esse conscriptionem ordinatorum ad vitam æternam, ad quem aliquis ordinatur dupliciter, vel ex divina prædestinatione & hæc nunquam deficit, vel ex divinâ gratiâ, secundum præsentem iustitiam, & hoc aliquando deficit. Qui ordinari sunt in libro vitæ ad gloriam ex divina prædestinatione, propriè, & simpliciter conscripti sunt in libro vitæ quia sunt ibi conscripti, ut completè habituri perseverantiam finalem, & consequenter æternam gloriam; isti ergo nunquam delentur de libro vitæ. Alii ergo dicuntur ordinari in vitam æternam, & conscripti in libro vitæ non ex divina prædestinatione, sed ex divina præfenti gratiâ, quæ est semen gloriæ, & hi dicuntur scripti in libro vitæ inchoatè

Psal. 68.

choate quoad præsentem iustitiam, quo modo omnes Christiani in Baptismo scribuntur in libro vitæ, & hi deleri possunt de libro vitæ. Quomodo dicitur Psal. 68. n. 19. *Deleantur de libro viventium*. Ita communiter Commentatores: D. Thomæ Caietan. Vasq. N. Corn. & hic Cornelius à Lapide, Menoch. Tirinus, Joannes de la Haye.

118.

Illud tamen optime advertit D. Thomas citatus, quod hæc delitio non refertur ad notitiam Dei, quasi Deus prius aliquid sciat, & postea nesciat; sed ad rem scitam, quia Deus scit aliquem prius ordinari ad vitam æternam, cum habeat gratiam, & postea non ordinari cum excidat.

119.

Quomodo hic locus explicandus.

Ex quo bene intelligitur quid impræsentiarum ait Christus, *Qui viceris non delebo eam de libro vitæ*. Eximium beneficium pollicetur Dominus, sensus est enim, conservabo eum usque ad finem vitæ in gratia; non finem cum labi in peccatum mortale, quo iustitiam amittat: hoc autem promittere nihil aliud est, quam donum perseverantiæ promittere, quo munere nihil optabilius, ac majus in hac vita concedi potest.

110.

Joachim.

De hac perseverantia loquitur Christus in præsentia Ita Joachim Abbas, *Deletur de libro vitæ*, ait, *et cum iustis non scribitur is, qui invitatus ad vitam temporalem, quidem stare inter fideles populos & florere videtur, sed non perseverat, ut perveniat ad illud, quod dicit Petr. 2. cap. 1. Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem faciat*. Multi varias victorias de hostibus, ac vitæ sanctitate ad tempus claruerunt, & tamen cum iustis nequaquam sunt scripti quomodo ergo ait hic Christus nomen sic vincetis de libro vitæ minime delebitur? Loquitur Dominus de finali victoria, qui enim licet varios de mundo, diabolo, ac carne triumphos reportaverit; tamen si in aliquo finaliter vincendo cessaverit, nequaquam coronam tanquam Deo Petri cognitus consequetur; pro quo audit D. Bernard. Epist. 129, ubi ait, *Abique perseverantia, nec qui pugnat, victoriam, nec palmam victor consequitur*. Nutrix est ad meritum, mediatrix ad premium, soror patientiæ, constantia filia, amica pacis: amicitiarum nodus, unanimitas vinculum, sanctitatis propugnaculum. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola est, cui æternitas redditur, vel potius, quæ æternitati hominem reddit, discente Domino: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*.

D. Bernard.

121.

Exod. 40.

3. Reg. 9.

Consummata tabernaculi fabrica dicitur Exod. 40. n. 32. *Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonii, & gloria Domini implevit illud*. Similiter etiam 3. Reg. 9. n. 1 & 2. scribitur, *Factum est autem cum perfecisset Salomon ædificium domus Domini, & ædificium Regis, & omne quod optaverat, & voluerat facere, apparuit ei Dominus secundo, sicut apparuerat in Gabaon*. Maxime scitu dignum, cur gloria Domini tabernaculum non implet, dum fabricatur, cum ipsum tanta animi hilaritate inchoatur: vel etiam cur Salomoni non apparuit, cum exiit opus cum tot ac tam largis expensis, tantisque artificibus undequaque vocatis ad templi fabricam manum admo-

vet, ut sua præsentia Dominus opus sibi esse acceptabile ostendere, ut inde homines maxime animarentur ad perficiendum? cur non appareret Dominus, nisi postquam utrumque opus fuit consummatum, ac completum? Cum Moyses tabernaculum, & Salomon templum construerent, illaque magnificentissime ornarent, absque dubio gratissimum Deo opus persolvebant; tamen tunc Dominus illis non apparuit, nisi post utriusque operis complementum; ut fiat evidens, quantum Domino placet boni operis consummatio & absolutio, ut absque ipsa consummatione, in signum approbationis non censeatur divina præsentia: dignum opus virtutis Deo placet, sed tum ab eo maxime approbatur, ac remuneratur, cum ad consummationem, ac metam devenit. Ita Isa. Abbas oratione 8. tom. Bibl. *Tabernaculum, ait, non obumbravit Deus, quod imperfectum fuit, sed cum esset absolutum, tunc illud obumbravit, sic & templum nebula non obumbravit, quando illi quidquam defuit: at ubi perfectum fuit, oblata holocausta, & adoratus est Deus odorem suavitatis*.

Opus consummatum approbatur, & remuneratur a Deo.

Isai. Abb.

122.

Hoc optime intellexit Anna Samuelis mater, nam postquam ex divina benignitate accepit filium maxime exoptatum, rogata à viro, ut ascenderet in templum Domini, & votum suum redderet Deo pro accepta prole, ait: *Non vadam, donec ablactetur infans, & anciam eum, ut appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi jugiter*. 1. Reg. 1. n. 22. Vox est divina Ecclesiastes, 5. n. 3. *Quod novisti Deo, ne moreris redere*. Anna pro filio obinendo votum vovit Domino, citato 1. Reg. 1. num. 11. Cur moratur? cur statim non festinat, & ascendit; sed ait non vadam donec ablactetur, & maneat ibi: Si puer antequam abactaretur Deo esset oblatus, necessum erat à parentibus revocari iterum in domum suam, & ideo prudens femina, ne cavet puerum offerre Deo, sed expectat tempus quo ablactatus, & bene jam impositus possit Deo fisci, & ibi jugiter manere, alio nec officio suo, nec voto suo satisfacere existimat, si puer ibi immobiliter non permaneret; nam obsequia sine permanentia sciebat Deo non placere. D. Chrysost. *Non existimabat esse tutum relictâ domo ascendere in templum, quod cum accepisset donum, non sustineret absque domo comparare. Rursus adducto illo, & mox accepto, descendere vehebatur*.

1. Reg. 1. Ecclesi. 5.

D. Chrys.

QUESTIO XVI.

Illustrare premium Iustorum, quod à Christo cognoscantur; & consiteantur coram Patre suo, ac Angelis ejus?

DE his, qui non inquinaverunt vestimenta sua, ait in præsentia Christus, *Consitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus*: Et repetit Christus hic, quod dixerat. Matth. 10. num. 32. *Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in Cælis est*. Quod latè, & profundè explanavi tom. 3. in Evang. cap. 9. Expofit. 6. & quæst. 14, 15, & 16.

123.

Matth. 10.

quæ

Luc. 12.

quæ ibi latius videnda sunt; & licet Matth. citat. referat tantum, *Confitebor ego eum coram Patre meo*: tamen D. Lucas scribens eandem sententiam c. 12. n. 8. *Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei*. Per quod iuxta communem sententiam intelligitur, quod hæc respiciunt deum iudicem, quando Dominus videret, cum Angelis iudicare. Ut dixi citat. c. 9. num. 95.

124.

Cum ergo Christus ait, *Confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus*, hoc est non leve præmium, nec parva gloria, sed verè magna: cum ait, *Confitebor*, id est, eum cum laude prædicabo, declaraboque nomen ejus cum omni laude, quam promeruit, absque aliqua diminutione, ac si nunquam quidquam gessisset, quod talem laudem fecisset, vel imminu flet; nihil tacebo, quod ad gloriam, vel laudem ejus pertineat, sed eum omni prædicatione dignum celebrabo coram Patre meo, ac Angelis ejus; quod in magna eorum gloria, & lætitia cederet. Unde de hac re differens Abulensis in c. 10. Matth. q. 131. *Valde speciosa est laus, coram multis approbati, ac laudari*.

Magna gloria coram multis laudari. Abul.

125.

Parus & castus maxime notus Deo.

Joachim.

Aliquid etiam in præsentia pro morali thesi dicamus. Ad quid ait Christus, *Confitebor eum coram Patre meo, & Angelis ejus*: Quilibet electus bene cognitus est à Patre ejus, ac ab Angelis, ut concubitus regni cœlestis, cur ergo pro eximio dono dicitur, vincens confitebitur coram Patre suo, & Angelis ejus: Purus, & castus, liber à luxuriæ inquinamento, maxime notus est Deo & Angelis ob munditiæ, similitudinem; quæ similitudo quædam publicatio, ac confessio est eorum condignitatis ad gloriam Joachimus Abbas. *Quicumque est ille, qui in hac parte gratia ejus imitator efficitur sequens illum, non potest esse ignotus Deo, qui munditiam diligit castitatis, nec Angelis illis spiritibus, quibus vita imposita, & innocentia est, quia ipsa similitudo munditiæ, fessio est amoris, æterna quedam notitia innocentia vitæ. Puros, & castos similitudo munditiæ facit eos maxime notos Deo & Angelis; & ut insigniter ac peculiariter dicantur voce Christi laudari, ac publicari ad majorem eorum gloriam & honorem, cum ipsa similitudo puritatis declaret eos & magis coram Deo, & Angelis ejus*.

126.

Rupert.

Secundò Rupert. *Per affirmationem & confitebor nomen ejus, gloriam, & honorem repositum illi qui vicerit, assignat abundantius, hoc enim magni est, non confundat enim confiteri nomen ejus coram Patre meo, & Angelis ejus quod in ambulatione mea sit mihi socius*. Nonne fat est quod iusti æterna gloria remunerentur, ac quod cum Christo in albis ambulent, ad quid ultra requiritur, ut à Christo consiteantur coram Patre suo, ac spiritibus beatis? Tanta gratitudine, ac liberalitate eminet Christus, ut pro parvo obsequio sibi exhibito immensa, & æterna dona conferat, ut non solum eis gloriam suam concedat, sed etiam non voce aliorum Angelis, sed suamet eos velit honorare, ac laude dignos declarare, non altari eorum laudes committendo, sed sibi met reservando.

Tertio, Aretas sic ait, *coram Angelis dicitur esse, quod Angelis in fideles, & benevolos*. D. Anselmus: *Gauent Angeli de con-*

sortio iustorum. Quid gloriøsus, ac optabilis potest esse, quam iustum laudari, ac testimonium habere à Christo Domino coram suo æterno Parente? quid excellentius accidere potest, quam Dei cognitione approbati? ad quid ultra (ac si illa confessio coram Patre suo non satis esset sufficiens) additur, & coram Angelis ejus? Ob magnum gaudium Angelorum, quia ipsi Angeli maxime sunt protectores, ac defensores hominum; & maxime gaudent, quod ipsi ad omne bonum promoveantur, & quod coram suo æterno Parente à Christo approbentur, ac laudentur.

Angeli pro nostra salute valde laeti.

Pro nuptiis filii Regis refertur parabola Math. 22. 12. *Intravit autem Rex, ut videret discumbentes, & cum vidisset hominem non vestitum veste nuptiali, ait illi: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris: ligatis manibus, & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores. Valde rigide agitur cum homo homine, nec tempus conceditur, ut sordidum habitum deponat, & nuptialem assumat, sed indilate tenebrarum tortoribus traditur; aliter verò talem legimus Zachar. 23. n. 3. *Et Jesus, scilicet Josedech filius erat indutus vestibus sordidis; & stabat ante faciem Angeli. Qui respondit, & ait ad eos, qui stabant coram se dicentes: Auferite vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum; ecce abstuli à te iniquitates tuas, & indui te mitioribus*. Confert utramque historiam relatam à Matthæo, & Zacharia: in utraque quis appareret sordidis indutus; illum Rex rigide punit; hunc verò Angelus ad meliorem conditionem adducit sordida aufert, & candida resumi facit. Cur Rex & Angelus non eodem modo se habeant? si Rex non parcit, sed interfectioni tradit, cur etiam Angelus tali rigore non utitur, & si Angelus parcit, cur etiam Rex sua solita clementia non parcit? Rationem innuit Theodorus in Zachar. *Angelus verò populi tutor, alius astantibus Angelis præcipit, ut ex illis vestibus eum exuerent*. Rex jus dicebat, personam judicis agebat; Angelus autem ut tutor ac protector populi erat: ille ut iudex iratus in reum, eum tortoribus tradit, hic verò ut protector omnibus modis salutem illius negotiatur, sordidum non contempsit Angelus, sed pro viribus contendit, eum ad candorem vitæ adducere, ut æterna vita donetur.*

Zach. 23.

Quicquid est ab Angelis salutare est hominibus.

Theod.

129.

Num. 22.

D. August.

Balaam autem cupi itate captus profectus est de loco suo cum hostibus populi Dei, ut ipsum populum malediceret, sed quid tunc accidit, refert textus, Num. 22. n. 21. *Surrexerat autem Balaam, & strata asina sua profectus est cum eis. Et iratus est Dominus, & stetit Angelus Domini in via contra Balaam*. Aliqui ex Hebræo apud D. August. Ang. lib. 4. q. 49. sic legunt. *Et iratus est animatione Deus, quia ibat ipse, & insurrexit Angelus Dei differre eum in via*. Maxime expansione dignum, quod Deus dicitur iratus, & tunc stricto gladio altat Angelus; forsitan Angelus insurgit, & arripit gladium, ut divina iræ excitatorem percutiat, ac mactet? minime sane. Ad quid ergo Augustini lectio indicat. *Insurrexit Angelus Dei differre eum in via*. Id est illum à via cœpta differre faciebat. Deus iratus percutiebat miserum hominem ire, quo in æternam perditionem citius caderet; tamen Angelus hanc Dei iram agnoscens stricto gladio se

Angeli hominum tutares illorum salutem promerentur.